

principiū resolui posse. Ardētius enim illud, quò sincerius, in obuia quæq; virium suarum stigmata impressurū. Hoc quanquam acutè, arguteq; iactare quis posset, nos tamē longe aliam rerum, de quibus loquimur, conditionē esse, perfacilè ostendemus. Aliæ enim proprietates, qualitates, vires remedijs insunt, beneficio solius mixtionis, aliæ merito principiorum constituentium. Illæ, cū prius nō adessent principijs, iam ex mutuo illorum congressu enatæ, vnà cum forma rei triumphant: incolumi vigēt, euersâ languēt. Hæ verò, cū prius adessent principijs, ex mutuo eorum concursu minuuntur, vt quamuis in mixto permaneant, non tamen, nisi retusè. De his ergò posterioribus Antimonij qualitibus id vtrò quoq; conceditur: de prioribus, quas nos perniciosas à forma mixti deriuamus, nō itē. Nō enim eā vim Stibij, quæ toti inheret, corpusq; humanū miris modis exagitat, requirimus. Liberiùs grassatur, quam cōueniat. Blandior subest, quæ toto dirempto, in lucē exit. Illam cōstituentium principiorum mutuus congressus enititur: hanc affert

E        secum